



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... pro sole & ... pro Luna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

in codicibus excusis Græca verba proferuntur. Attamen recte se habere hæc verba puto, & olim mendum fuisse in illis exemplaribus, è quibus Hieronymus hoc refert. Nisi quod malim *δαίμων* cum eo pro *δαίμονια* legere. *Γαδ* est *δαίμων*, *Μενι* *τύχη*, quorum prius pro Sole, posterius pro Luna interpretes posuerunt. Id quidem ex eo constare potest, quod olim fors Solis apud Ægyptios *Δαίμων* fuerit, Luna vero *τύχη*. Locus ad hanc rem insignis est apud Macrobius, qui refert Ægyptios genituræ præfides olim habuisse *δαίμονα*, *τύχην*, *ἔρωτα*, *ἀνάγκην*; *dæmonem*, *fortunam*, *amorem*, *necessitatem*, & quidem *δαίμονα* Solem, *τύχην* Lunam fuisse. Verba Macrobbii sunt: *Argumentum caducei ad genituram quoque hominum, quæ genesis appellatur, Ægyptii protendunt, Deos præfites homini nascenti quatuor adesse memorantes, Δαίμονα, Τύχην, Ἐρωτα, Ἀνάγκην: & duos priores Solem & Lunam intelligi volunt, quod Sol author spiritus caloris ac luminis, humanæ vitæ genitor & custos est, & ideo nascentis dæmon,*

Macrobb.
Saturn.
l. I. c. 19.

mon, id est, Deus creditur. Luna
 τύχη; quia corporum præsul est, quæ
 fortuitorum varietate jaçantur.

Amor, osculo significatur. Necessitas
 nodo. Plura de his fortibus ob-

servata sunt viro undequaque doctif-
 simo Johanni Seldeno, qui ex Vet-

tii Valentis Antiocheni, vetustissi-
 mi Astrologi, MSS. codice pro-

lixum fati locum exhibet, & il-
 lum alibi non semel, neglectis fere

omnino Amoris & Necessitatis,
 seu fati, id est, Veneris & Mer-

curii fortibus, binas illas Dæmo-
 nis & Fortunæ, ut omnium po-

tentissimas vitæ præsides ac guber-
 natrices amplecti, & huic corpus,

illi animam, hanc Lunæ, illam
 Soli tribuere, observat. Κληροί,

inquit, τῆς τύχης καὶ τῶν δαίμονων
 σημαίνουσι Ἡλίον τε καὶ Σελήνην: Sortes
 fortunæ & dæmonis significant Solem
 & Lunam. Locus omnino mere-

tur apud Seldenum legi, itemque
 quæ in notis ad Marmora Arun-
 delliana ex eodem Vettio Valente
 habet, ubi plura de fortunæ sorte
 ac dæmonis monet.

XIII. Hæc omnia confirmare
 videtur ritus vetustissimus quem
 Hiero-

Seld. de
 Dis. Syris
 Syntagm.
 I. cap. II.

Seld. ad
 Marm.
 Arundel.
 pag. 129.

Hiero-